

figurabilitatem ex obiecto, sed etiam ex circumstantia personae, quae debet eum cognoscere, & in hoc est tota sua perfectio: ideo non oportet quod non videre vel non cognoscere Deum sit aequale malum, sicut visio beatifica est bona, & illud etiam latius declarat de malo ubi supra. Ad decimum septimum, quod ultima consequentia non valet, scilicet primum est maxime secundum voluntatem: ergo est actus voluntatis, sed sequitur quod sit eius obiectum. Supra autem ostensum est quod nullus actus voluntatis est potissimum eius obiectum: immo actus alterius potentiae, vel est virtutis obiecto diuino. Ad argumentum secundum loco inducta contra sextam conclusionem responderetur, & ad primum quidem dicitur, quod in falso fundatur supponens, quia aliquis actus voluntatis pertinet ad beatitudinem, licet non essentialiter, conceditur sibi, & tunc cum dicitur quod nullus est talis nisi actus complacentiae, quam ipse vocat delectationem, dicitur quod multi actus voluntatis pertinent ad beatitudinem, licet nullus eorum sit essentialiter beatitudo, ad beatitudinem enim exigitur dispositio, & quasi praambulatio amor finis ultimi, exigitur delectatio de Deo habito, quae decorans, & perficiens beatitudinem, exigitur delectatio de bono diuino in se considerato, quasi concomitans beatitudinem & faciens ad restitendum voluntatis, ut superius dicebatur. Ad secundum dicendum quod laudabilior actus charitatis est complacentia, vel gaudium de bono diuino in se considerato, sed honorabilior est delectatio, quae immediate perficit beatificam visionem, scilicet gaudium de Deo habito, quod est fructus beatificae: & licet utrumque gaudium beatitudinem perficiat, tamen illud secundum est quietatiuum secundum rationem suae speciei, & non aliud. Beatitudo enim secundum Philosopherum 1. ethicoz non est de numero laudabilium, sed potius de numero honorabilium. Ad tertium negatur maior, non enim ille actus est beatificus essentialiter quo ultimatus Deus attingitur, sed quo primo attingitur perfecte, & a quo alij habent quod ipsum perfecte attingunt, cuiusmodi est diuina essentia: minor enim includit multa falsa. Primum scilicet quod beatus velit visionem beatificam propter gaudium consequens habitum de Deo, hoc enim falsum est loquendo de actu visionis ex parte obiecti: sic enim loquendo omnis alius actus tamen quam patrie ordinatur ad visionem illam, sicut ad finem interiozem: quo habetur finis extra, fecurus forte est loquendo de visione ex parte subiecti habentis eam, sic enim non appetit beatus placere in Deo ut videat, vel amplius videat, nec ordinat ad dilectionem Dei beatificam visionem: secundum falsum est, quod illud gaudium sit vltimo expectatum a creatura rationali, hoc enim falsum est: nam nullus actus voluntatis habet rationem vltimi finis. Ad quartum negatur minor, omnis enim actus praeter beatificam visionem ordinatur in visionem beatificam, sicut in finem, non quidem ut est beatus, sicut subiecti, sed ut est Dei sicut obiecti, visio enim & Deus non sunt duo fines, ut supra dictum est, sed vnus finis, quod sic intelligendum videtur, Deus enim in se consideratus est finis rationalis creaturae, sed ille finis non applicatur creaturae rationali, nisi per actum visionis, ideo hoc actus humani ordinantur in Deum, sicut in finem gratiae cuius: ita in visionem, sicut in finem quoque illud autem quod dicit arguens de interrogatione facta beato, solum est primum. Beatus enim non vult gaudere de bono diuino propter visionem secundum se simpliciter, sed ut applicatio finis ad animam, & hoc est gaudere propter Deum vltimum, ut vnus est, sic quod replicatio importet applicationem huius ex parte quae respicit obiectum. Ad quintum dicitur, quod doctores quos improbat melius videntur distinctionem de duplici delectatione, vel gaudio respectu Dei, quam ille credit, vt patet supra, & ideo non errauerunt ex ignorantia illius licet ille somnauit, sed viderunt quod nullus actus voluntatis est ratio perfecte attingendi Deum: immo si perfecte attingeretur hoc haberet per actum intellectus: cuius solus etiam actus intellectus est ratio capiendi diuinam perfectionem sicut est, actus autem voluntatis est ratio non capiendi, sed intrandi in illam: iuxta illud, Intra in gaudium domini tui. Et haec de questione dicta sufficiat.

Q V A E S T I O II.

Utrum vti sit actus voluntatis.



TERVM iuxta distinctionem eandem queritur. Vtrum vti sit actus voluntatis. Et arguitur quod non. Nam secundum argumentum 1. de doctrina Christiana, vti est illud, quod venit in vltimum referre ad obtinendum aliud, sed referre aliud ad aliud est rationis, cuius est conferre, & ordinare: ergo vti est actus rationis & non voluntatis.

In oppositum arguitur per Augustinum de Trinitate dicens item. Vti est consumere aliquid in facultate voluntatis. In hac questione erunt duo articuli, in primo ponetur conclusio, in secundo mouebuntur dubitationes.

Quantum ad primum articulum fit prima conclusio, quod vltus est actus voluntatis. Istam conclusionem probat Sanctus Thomas prima secunda quae 16. art. 1. vbi sic ait. Vltus alicuius rei importat applicationem illius rei ad aliquam operationem: vnde operatio ad quam applicamus rem aliquam dicitur vltus eius, sicut acquiritur est vltus aquae, & percutere vltus baculi, ad operationem autem applicamus ipsa principia interiora agendi, scilicet ipsas potentias animae, vel membra corporis, vti intellectus ad intelligendum, & oculus ad videndum, & etiam res exteriores, sicut baculum ad percutiendum. Sed manifestum est, quod res exteriores non applicamus ad aliquam operationem, nisi principia intrinseca, quae sunt potentiae animae, aut habitus potentiarum, aut organa, sicut membra corporis, vltus autem motus potentias animae ad suos actus, & hoc est applicare eas ad operationem. Vnde manifestum est, quod primo & principaliter est voluntatis tanquam primi mouentis, ratio autem tanquam dirigentis, sed aliarum potentiarum tanquam exequentium qui operantur ad voluntatem, a qua mouentur, vel applicantur ad agendum, sicut instrumenta ad principale agens, actio autem propria non attribuitur alicui, sed principaliter agenti: sicut edificatio a edificatori, & non instrumentis eius. Vnde manifestum est, quod vti est proprius actus voluntatis. Haec ille. Sciendum enim quod secundum Durandum differentia est inter vti & vltum: nam vltus nominat operationem ad qua res applicatur, sicut scindere, ad quod applicatur cultellus est vltus cultelli, & videre est vltus oculi, sed vti est applicare tibi suo vltui. Sic enim se videtur habere vti ad vltum, sicut mouere ad motum; mouere autem est causare motum: ergo vti est causare vltum. In hoc tamen est differentia quod mouens dicitur causare motum sicut moueat naturaliter siue libere. Sed vtens causat vltum solum libere. Et ideo Durandum concedit & bene, quod vltus potest esse subiectiue in potentia tamen cognitiua, quam appetitiua, quam executiua, sed vti solum est in voluntate subiectiue, & per hoc melius intelligitur dictum S. Tho. quod vti solum est voluntatis, sed vltus est cuiuslibet potentiae interdem, licet principaliter attribuitur voluntati, non semper sicut operatio, sed sicut motus, vel actio vbiunque fit lubiectiue, tamen principaliter attribuitur motori: verumtamen S. Tho. indifferenter quandoque vltum vno pro alio, sicut patet in sequentibus vocando oem vltum vti & econtra. Secunda conclusio est. Quia vltus proprie sumptus non est, nisi remotu eorum, quae sunt ad finem. Haec conclusio probatur ibidem art. 3. Vti (inquit) sicut dictum est importat applicationem alicuius ad aliquid, quod aut applicatur ad aliquid se habet in ratione eius, quod est ad finem, & ideo vti semper est eorum, quae sunt ad finem, propter quod & ea quae ad finem sunt accedenda proprie dicitur vtilia, & ipsa vtilitas interdum vti nominata. Sed considerandum est, quod vltimus finis dicitur dupliciter: vno modo simpliciter: alio modo quo ad aliquid, cum non finis quandoque dicitur res, quae aut ademptio rei, vel possessio eius, sicut auaro finis est pecunia, vel possessio pecuniae; manifestum est quod simpliciter loquendo vltimus finis est ipsa res, non possessio pecuniae est bona, nisi pro bono pecuniae. Sed actus ad huc pecuniam ademptio est finis vltimus, non. Quid etiam vltus pecuniae, nisi vt heret ea: ergo simpliciter loquendo & proprie pecunia huius aliquid fructus qui in ea vltimus finis constituit.

Circa haec patet opinio S. Tho. Aurei & ceteri concordant in hoc quod est actus voluntatis, sed quod sumatur non continentur: nam S. T. 12. quod ab applicatione vti dicitur hic, vti dicitur hic, similiter & Durandum. Au reol autem a fructu, qui a ipso vti ferret vltus super ad id quod ad id quod est terminus dilectionis, vel ad habitationem rei.

Beatus enim non vult gaudere de bono diuino propter visionem secundum se simpliciter, sed ut applicatio finis ad animam, & hoc est gaudere propter Deum vltimum, ut vnus est, sic quod replicatio importet applicationem huius ex parte quae respicit obiectum.

Beatus enim non vult gaudere de bono diuino propter visionem secundum se simpliciter, sed ut applicatio finis ad animam, & hoc est gaudere propter Deum vltimum, ut vnus est, sic quod replicatio importet applicationem huius ex parte quae respicit obiectum.